Permansit autem ephesi usq; ad pentecosten tempus laetitiae
atq; uictoriae quo non flectimus genua nec curuamur in
terram. sed cum dno resurgentes ad caelorum alta sustollimur,
& permansit quia apertum ē ei ~~ergo~~ ostium, & non ostium modi
cum sed magnum ut inuicto forte atq; superato domum eius
inuaderet. spoliaret. euerteret & captiuam duceret captiuitatem.
qui satellitum suorum agminibus congregatis tota con
tra apostolum acie dimicauit & uictus est;
qui sint autem ephesii & hinc uel maxime comprobatur. quod sic
iohannes mysterium natiuitatis antiq; dni reuelaturus in pec
tus eius recubuit & de purissimo fonte hausit riuulum doc
trinarum. ita & hi nunc abeuntis pauli collum ruentes osculis atq;
amplexibus suis indicauerunt unum secum eo scientiae habe
re thesaurum & magistri desiderium lacrimis contestati sunt;
illud quoq; in praefatione commoneo ut sciatis origenem tria
uolumina in hanc epistolam conscribsisse quem & nos ex parte
secuti sumus; apollinarem etiam & didymum quosdam commen
tariolos edidisse e quibus licet pauca decerpsimus & nonnulla
quae nobis uidebantur adiecimus siue subtraximus ut studi
osus statim in principio lector agnoscat. hoc opus uel alie
num esse uel nostrum; INCIP LIBER PRIMUS

PAULUS APOSTOLUS IHU XPI PER UOLUNTATEM DI
Super. praepositio ministerium eius per quem res agitur
ostendit. uidetur mihi nullam sesetiam sensus iste egruere.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek Köln
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek Köln
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/dbk_cod58/0012